



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 59. Suppetiæ a Rege Bohemiæ Imperatori adversus Albertum ejus
fratrem latæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

di juberet, dicens: Fantinum non ut Le- Sæcul. XV
 gatum Pontificis sed ut meum olim Pro- A.C.1462.
 curatorem in arctissimum carcerem con-
 jicere compellor. Pariter Procopium
 Rabesteinium custodiæ dedit, & officio
Cancellarii exuit, caussatus, ambos de-
 mandato eis muneri defuisse, eoquod ni-
 mis segniter Regis, regnique caussam e-
 gissent. Verum sedata indignationis suæ
 violentia Nuntio libertatem, & Proco-
 pio pristinam restituit dignitatem; Fri-
 dericus enim Imperator, & Ludovicus
 Bavariæ Dux pro utroque deprecaban-
 tur. Postea Fantinus carcere solutus,
 Romam rediit; Procopius vero ad Im-
 peratorem missus, Bohemorum res cu-
 ravit.

§. LIX.

*Suppetiæ a Rege Bohemiæ Imperatori
 adversus Albertum ejus fratrem
 latæ.*

Aliquo post tempore Fridericus Impe-
 rator Viennæ in Austria ad arcem fu-
 gere compulsus est, ubi ab Alberto fra-
 tre suo tam arce cingebatur, ut missis O-
 ratoribus Podiebraciæ cœpem implorare co-
 geretur. Rex comperto mox extremo
 Cæsaris discrimine, quantocius die octa-
 va Novembri Praga in Austriam con-
 tendit, ubi insigne prorsus prudentiæ ac

E 4 mili-

Sæcul. XV. militaris experientiæ specimen dedit;
A.C. 1462.

rem enim tam dextre gesit, ut nullatenus Imperatorem hostium suorum manibus eripere, sed potius inter eos pacem conciliare crederetur; quippe præprimis postulabat, ut Cæsar ex arce progreendi libertas, ac cum fratre suo colloquendi copia daretur. Verum Podiebracius hoc ipso stratagemate Fridericum obsidentium potentiae subtraxit. Imperator hujus beneficii memor, apud

Comment.
Pii II l.10. Pium Pontificem pro Podiebracio deprecatus est, ne, prout decrevisset, poenarum severitate in eum ageret, sed potius iram suam exerere differret, spatiumque Podiebracio concederet, ut juxta datam ab eo fidem ad Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ obsequium redire posset. Annuit precibus Imperatoris Pontifex, eaque res Podiebracii animum mira voluptate affecit.

§. LX.

*Ambo Podiebracii Filii a Cæsare
 Imperii Principes creati.*

Neque hic gratus Friderici animus erga Bohemiæ Regem stetit, sed ambos quoque ejusdem Filios Victorinum, & Henricum honorare statuit, quapropter utrumque auctoritate Cæsarea Imperii Principes creavit.

§. LXI.